

To. Francisci Mariani Mediolanensis: Magnifici Anto-
ni filii: Illustrissimi Ducis Mediolani legati: oratio habi-
ta apud Innocentium Octauum Pontificem maximum: Anno
dñi. Mcccc-lxxv. tertio calendas quintiles.

DUlla est respub. nullus princeps: nulla christianorum
natio: nullus bene vivendi institutis deditus: San-
ctissime et maxime pontifex: qui non sumo et incredibi-
li prope gaudio sit perfusus: redditio sibi de pontificatus tui di-
gnitate gratissimo et iucundissimo nuncio. Existimat enim unus
quisque deum optimum maximum viviuersi orbis paci et tranquillitati
consuluisse: cum te ducem delegerit: qui non secus ac lumen
celitus emissum cuncta eius nutu in terris modereris et guber-
nes. Existimat inquam tunc virtutibus omnibus: sed in primis
iusticie: quem rerum omnium est fundamentum locum fore: cum tu
apud nos omnia soluturus sis et dissoluturus: in quo recta est
religio: tam excellens bonitas: tam admirabilis sapientia: tam
egregia gerendis in rebus solertia: tanta denique virtutum omni-
um obseruantia: ut nihil non modo agere: sed ne meditari quidem
possis quod non rectum sit et prudens omnique parte ma-
gnanimum. Quo sit ut sibi oes persuadeant donec vixeris per-
petua eos semper quiete atque animi tranquillitate fructuros. Ideo
circo doluerunt vehementer aduersam valitudinem tuam: in
quam hoc tui pontificatus initio incidisti. Nunc autem sumopere
gaudent: quod existiment fore: ut diuina prouidentia ea tibi iam
iam restituatur: et ita restituatur: ut praeceps sit sperandum te
per longa tempora bene valituru. Utrum cum alij omnes legitur:
tanta est voluptas quam animo suo concepit magnanimus
et Illustrissimus Jo. Galeatus princeps noster: tibique filius ob-
sequentissimus: ut hoc uno se felicem beatumque existimet: quod eo
in viuis agente id sibi contigerit: ut te sumimum pontificem: te
christi vicarium: te Petri successorem agnosceret: in cuius vlnis
requiesceret: cui se suaque omnia dederet: quemque non secus ac im-

Ino. 1254

mortalē deum adoraret: coleret: veneraret: et obseruaret. Quare
hoc maximū et incomparabile gaudium pontificatus tui sen-
tiens: ut nihil sibi decesset ad ingentis letitię cumulū: optasset
sumopere te presens presentē intueri: sacrosq; pedes tuos et am-
pecti et erosculari: ut clarissimo omnibus cōp:obaret argumen-
to: quod maioribus suis vi quadam naturę insitū fuit: ut sedis
apostolice decus ac dignitatē tuerentur: id eum in omne quā
seruaturum. Quod cum per etatem ut tu optime nosti et nego-
tiorum variā ac multiplicem curam: quam cōtinuo pro status
sui regimine sustinet: sibi in presens integrum nō fuerit: nobis
oratoribus suis mandauit: ut te eius nomine viseremus: salu-
taremus: simulq; in verum pontificē susciperemus. Nibi autē
qui p legatiōis officio apud te sum oraturus sentio graue ad-
modum et difficile onus esse iniunctū. Nam p̄eter quod de tu-
is diuinis laudibus dicturus sim: que eum oratorem erpeterēt
quem vere eloquentem possemus appellare. quippe qui dicēdi
copia: orationis grauitate: et sermonis iucunditate valeret: que
oīa erigua in me esse intelligo. Sitq; p̄eterēa ab his qui ante
me dixerunt tanta cum elegantia et venustate peroratū: ut par-
vam mihi dicendi copiam reliquerint: video tantā esse vultus
tui venerationem: tantā corporis proceritatem: tantum oculo-
rum radianteim splendorem: tantā deniq; in te esse maiestatē:
ut cum te intueor: idem mihi vsu euenire animaduertā: quod
illis accidit qui oculoz aciem in radios solares intendūt: quo
enim fixius eos nitunt aspicere: eo minus vident. Quare non
possim nō vereri ne idē mihi accidat: quod Theophrasto phi-
losopho disertissimo accidisse ferunt: qui cum pauca admodū
verba apud Alexandru regem esset facturus: tanta est affectus
vereundia: ut nihil omnino eloqui potuerit. Quo euētu vsos
etiam audio et Demosthenem apud philippum Macedonū re-
gem: Alexandriq; patrem: et Ciceronem apud iudices in causa
Mitioniana: duo quidem eloquentię sydera lucidissima. Que
omnia et si me maxime terrere debuerant: mutumq; omnino et

180

elinguem reddere: eam tñ intelligo esse humanitatem tuam: eam
 mansuetudinem: eam facilitatem: ut que dixerim etiam si minima cu-
 mulatissimis laudibus tuis sati fecero: ea omnia in bonam sis
 partem accepturus: potiusque mittentis animum: quod loquenter per/
 sonam consideraturus. Quid igitur primi de te laudem: qui
 nullius omnino sis inops laudationis? Non enim mediocria
 sunt bona quibus te uel immortalis deus: uel natura ipsa: uel in
 dustria exercitatioque tua te unum ex alijs omnibus nostris tempe-
 statis viris maximis ostendit illustrem. Nam ut ab in cunabu-
 lis (ut aiunt) incipiam: tu Genua es oriundus: que adiacens
 mari ea in Italia est ciuitas: quam situs pulchritudine et magni-
 tudine: rerum omnium que terra marique aduebuntur opulentias:
 templorum et edificiorum amplitudine: oraque et que ad orientem et
 que ad occidentem spectat libertate et amenitate: non inerito
 multorum regum sedem: ut de Cipro insula legimus: possumus
 appellare. Quantum aut antiquitate inter reliquas Italique ur-
 bes excellat: testes sunt grauiissimi et locupletissimi plinius No-
 uocomensis: et Strabo: duo cosmographorum principes. Tu ab
 eis parentibus originem ducis: qui generis nobilitate et rerum
 gestarum gloria adeo clarent: ut facile inter Genuensium prima-
 rios possint numerari. Tanta preterea est corporis tui pulchritu-
 tudo: tanta membrorum omnium compactio: tam formosa vultus
 tui liniamenta: ut de te idem dici possit: quod de Priamo cecidit
 Euripides Tragicus poeta: Priami quidem species merebitur
 imperium. Tu autem haec bona semper eterna existimasti: et ut greci
 dicunt: quod idem est quod indifferentia
 id est boni et malorum communia. Quare ea amplius que minime mu-
 tabilia sunt: sed solida et nulli fortune subiecta tibi assidua vir-
 tutis exhortatione prudentiam comparasti singularem: iusticiam
 admirabilem: eximiam liberalitatem: inauditamque caritatem: que
 una virtus apostoli sententia longe alijs omnibus virtutibus est superior.
 Quid meminerim modestiam tue vitę et integritatem: in omniisque re gravitatem atque constantiam: que singu-

la in te excellere vel lapides ipsi et cognoscunt et predicant. Accedit ad hec humanitas tua: facilitas: clementia: suauitas sermo nis: morumq; moderatio et elegantia. Quoꝝ omniū si dignam rationem habere voluero: nō modo dies ad dicendum: sed ne annus quidem sit satis. His preclaris tuis virtutibus pontifi calis dignitatis fastigium attigisti. his illud intactum in cornu ptumq; seruabis: vbi etiam res exiget sumopere extolles et au gebis. Quamobrem īmortali in primis deo qui bonoꝝ omniū est auctor: postmodū his Reverendissimis patribus sedis tuꝝ cardinibus firmissimis sempiterne a cūctis gratiē sunt haben de: q; tu vir omni probitate excellens: moribusq; et multarū rerum experientia p̄fstantis: christiani gregis pastor constitutus sis: quem omnibus in rebus imitaremur: ad cuius rituē imaginem nos effingeremus: cuiusq; fidei et sapientiē nostrorū omni um salus credita esset et cōmissa. Quod ad principem nostrum atinet ipse uel hoc uno se vobis optimi patres plurimū debe re intelligit: q; eum pontificem designaueritis: quo meliorem nec prudentiorem maioresq; religionis cultu et sanctimonia p̄dītum neq; ipse elegisset: neq; ab alijs eligi vñq; posse existi masset. Quare cum vos semp marina virtutum gloria p̄fstan tes altoꝝ animo et magnificos cognoverit: nunc omniū prud entissimos iudicat: animiq; exuberantis et excelsi: qui optime consideraueritis Italie quieti simulq; sedis apostolice saluti bene consultum fore: si eum in regia et apostolica triumphante se de conspiceretis: qui ingenti sapientia sua et animi diuinitate nō modo Petri nauiculam fluctibus agitari non permetteret: sed non secus ac sol aureus radios salutares per vniuersum orbem spargeret: suisq; illustribus gestis eorum qui clare vixerū pontificū famā non modo equaret: sed apprime superaret. Ego indubitate mibi persuadeo pater diuinissime te imitaturū In nocentium quartum conterraneū tuum: ob cuius rerum p̄fclare gestarū memoriā tibi nomen est Innocentio. Is virtutibus suis quibus eum natura eiusq; studiū ornauerant viā sibi non

modo ad pontificatum: sed ad eternam quoque gloriam parauit.
Cum enim dei ecclesia viribus et acerbissimo odio Federici se-
cundi veraretur: adeo: ut cum pontifex maximus diem obiisset:
nemocum inueniretur qui audacissimi hostis imperii sustineret:
apostolica sedes duce suo priuata: summum periculum passura vi-
deretur: dei nutu omnium consensu pontifex est creatus. Cum igi-
tur vidisset Romanam ecclesiam maximis fluctibus agitari: et non
dique ingentibus periculis circumuentam: existimans non decere
eo duce Petri nauiculam tempestatibus obrui: fretus prudenter
sua: qua omnibus in rebus recti solebat: occulte ingente classem
parari iussit. Quia cum Roma Genuam ad nauigasset: indeque
Lugdunum: atque illic frequens totius occidentis conuentus ha-
bitus esset: Federicum imperio amouit: et ita prudenter rebus sui
is consuluit: ut pontificatu ad solitum decus suum restituto: cum
antea non secus ac profugus Lugdunum applicuisset: tunc velut
triumphans et immortaliter dignus gloria Romanam petierit. Tu
itaque huius exemplo ecclesiam Romanam singulari tua prudenter:
continuo studio: perenni cura ac diligentia tutaberis: defen-
des: in omneque eum salvam et in columeni reddes. Nec hoc tibi
difficile factu futurum existimo: tum quod tanto et tam immense sint
virtutes tue: ut eis ducibus quecumque etiam difficillima summa-
sis cum facilitate superaturis: tum quod iam tibi omnia pateant:
christianaque omnes potentatus numen tuum venerentur. E quo
rum numero dux noster: apud quem nihil potius est uel anti-
quius quam preceptis tuis parere: sequitur pro apostolica sede deuoue-
re tibi: opes suas omnes: totum exercitum: et eum quidem firmum
ac munitum: sequitur ipsum ubi opteat alacri et libeti animo pol-
licetur. Cum enim intelligat plerosque romanorum: ut A. Manlius
Torquatus. D. Brutus. M. Attilius. Regulus. Curcius. Des-
cios: aliosque exemplares uel se uel filios pro salute patriae neci man-
dasse: inanem quandam seculi gloriam secutus: magno sibi dede-
cou ascribendum censeret: si ipse pro vera celesti gloria felici qui-
dem et eterna sanguinem etiam proprium non effunderet. presentim

cum optime meminerit maiores suos xpianā fidē sumo cultu &
religione venerates: id sibi iure quodā peculiari vendicasse: ut
in romanę ecclę hostes felicia ac victricia signa tolleret: eosq
ab omni hominū memoria penitus delerent. Cui enim: ut reli
qua omnia omittamus que Mediolanensiū príncipes pro cbri
stiana repub. strēnue & preclare gessere: cui inquā ignotum est
& diuinū illum p̄ncipem Philippū Mariam Anglum: & Fran
ciscum Sphortiam ducem sapientissimū fortissimāqz Impera
torem: eiusq filium Galeaciū acerrimi ingenij virum: se omni
bus in rebus obeundis: assiduos sedis apliqe defensores p̄st
tisse? Quis p̄terea nō audiuit invictissimū illum belli duce
Sphortiam Francisci patrem pro Romanę ecclę salute occu
buisse. Horum progenitorq suorum vestigia p̄ocul dubio imita
turus est Illustrissimus princeps noster: & ita imitaturus: ut
profecto existimare possis eum p̄ sacrosanctę Romanę ecclę
dignitate tuenda nibil r̄nqz omissurum: sed potius libentissi
me sua omnia seqz ipsum expositurum. Tuum aut̄ erit eum ut
filium amplecti: ad h̄c dies noctesq id cogitare & meditari: ut
par qua nunc totam Italiam exultantem & ides firma maneat &
inconcussa: quod te p̄ bonitate tua religioneq ac caritate pro
cul dubio effecturum omnes sibi persuadent. Quare gaudet et
exultant: q̄ diuino consilio e cęlo descendens: si que apud Ita
los odiorum sunt reliquie: eas egregijs virtutibus tuis sis ex
tincturns: simulq christiani nominis hostes interempturus.
postmodū errores nostros emēdaturus: delicta castigaturus:
hereticas opiniones antiquaturus: tyrānicos potentat̄ euer
sirus: tandemq aurea nobis secula redditurus. Hac igit̄ ple
ni letitia hoc īmensum gaudium vultu ac gestu p̄ se ferentes
te verum Petri successore: te pontificem dignissimū: summūqz
christianoq principem & p̄dicator & admirantur. Ad te omnes
confluent ut sanctissimū nomen tuum adoren: te sumis laudō
p̄econijs ad cęlū r̄sq extollunt: aurilium tuū non secus ac di
uinum īnocant: omnes uno ore īmortali deo gr̄as agunt sem

piternas: q̄ te virum sapientissimū summū sacerdotem pontificemq; designarit: simulq; eū quibus possunt precibus roganter obsecrāt: id efficiat: ut q̄dūtissime sis in viuis: quo iusticia tua ac bonitate christiani nōis gloriā per longum possis tempus tueri t augere. Hāc eandem animi iucunditatem t nos sentientes: Illustrissimi principis nostri nomine sanctissimos pedes tuos osculamur: te verum patrem t pontificem agnoscimus. tuē sanctimonie t probitati sua omnia seq̄ ipsū cōmittimus: existimantes nihil ei quod non letum sit ac felix successurum: si pro ea quā filio debes paterna pietate ipsius curam gesseris: rerumq; suarum saluti t incolumenti vigili oculo tuo consulueris.

Inc
1254

Item alba lida por el a cada d'lt; de porto

Domini belli die pro hac causa d' h' de eximis C
nobis liberem

Si fuit *Emblema*

1. *W. H. S.*
2. *W. H. S.*
3. *W. H. S.*
4. *W. H. S.*
5. *W. H. S.*